



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Qui primates sint, qui metropolitani. clxiii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

**R**ichvvinum episcopum qui contra sanctorum cano-  
num sanctiones Strazburgensem Ecclesiam inuasit, *De syno- do apud Altheim habita. cap. 10.*  
quam ad sanctam synodum per literas nostras inuitauimus, & venire contemnens, nec vicarium suum misit, autoritate sancti Petri, ego Ioannes vicarius apostolici, ex praecepto sanctae praesentis synodi iniungendo vocamus iterum, & praecipimus quatenus ad concilium, id est, May Moguntiae indictum a Metropolitano episcopo suo, ad praesentiam venerabilis Herigeri archiepiscopi & confratrum suorum veniat, suae inobedientiae & peruersitatis ibidem iustam rationem redditurus. Sin autem negligenter & hoc agere parupenderit, abstineat se a proprio gradu, donec Romam veniens, coram domino papa, & sancta Ecclesia reddat rationem.

*Qui primates sint, qui Metropolitanani.*  
*Caput. CLXIII.*

**P**rimates illi & non alij sint, quam qui in Nicæna synodo sunt constituti. Reliqui vero, qui metropoles tenent sedes, archiepiscopi vocantur & non primates: salua in omnibus apostolicae sedis dignitate, quae ei ab ipso domino est concessa, & postea a sanctis patribus roborata. *Ex cap. concil. Niceni, quae addita sunt a Felice papa.*

*Quod neganda sit accusatis licentia criminandi priusquam se crimine exuerint, & familiaribus atque sponte confessis, & qui hesternodie, aut perendie, aut ante fuerunt inimici.*

*Caput. CLXIII.*

**E**T neganda est accusatis licentia criminandi priusquam se crimine quo premuntur exuerint: quia non est credendum contra alios eorum confessioni qui criminibus implicati sunt, nisi se prius probauerint innocentes: quoniam periculosa est, & admitti non debet rei aduersus quemcunque confessio. Familiares vero & sponte confessi, atque sceleribus irretiti, non debent admitti, nec hi, qui hesternodie aut perendie, aut antea fuerunt inimici. *Ex decret. Stephani papae omnibus episcopis missis, ca. 11.*

*De criminationibus aduersus doctores non suscipiendis, & de peregrinis iudiciis. Cap. CLXV.*

**E**T licet haec possit generaliter dicta sufficere, ut vel declinemus errata vel custodiamus catholica: ab apostolis *Eusebii pap. c. 17*